



**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

1750

Caput VI. De altera Angelorum proprietate, id est flexibili voluntatis
arbitrio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83620)

pacto, quo medicus in corporis humani temerie bonas, seu malas prævidet, valetudines. Prænunciant ex aduerso harum calamitatum finem, si velint à nocendo desistere. Sed etiam hæc, quæ in suis dispositionibus prævident, non semel ex improvviso ac repente mutantur, quia *desuper aliquid iubetur, quod eorum consilia cuncta perturbet.* Hoc pacto fallitur etiam Medicus arte sua, falluntur agricolæ, falluntur nautæ: quorum exempla apposite Augustinus refert quinto & sexto capite ejusdem libri. Atque hoc est discrimen inter prædictiones Divinas, ac dæmonum: quod Deus in sui dispositione non fallitur, neque potest ab exteriori causa impediri: dæmon vero, nisi potestatem accipiat, nihil adoritur. & quæ disponit, Dei nutu invertuntur sæpenumero, & immutantur.

18.
Nota 8.

VIII. Denique nonnulla prædicunt, etiam in sui perniciem, non cognitione propria, sed auditis Prophetarum vaticiniis, quæ nunc manifestant, neignari victique putentur; nunc astute reticent, ne incipiant ab hominibus de-

feri atque contemni. Hoc pacto non ignorantes verba Domini apud Sophoniam cap. ii. 11. *Attenuabit omnes Deos terræ; everfionem templorum suorum aliquando prænunciarunt, ut cap. vii. citati libri docet S. Pater: ideoque dæmonii, id est Divinantes, magno cum dedecore facti sunt ex eloquiis prophetarum, vel ex oraculis Angelorum.* Has omnes præceptiones tradit capite vicesimo secundo Apologetici Tertullianus his verbis: *Dispositiones Dei nunc Prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita & hinc sumentes quasdam temporum sortes furantur divinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in eventus, sciunt Cræsi, sciunt Pyrrhi. Habent de incolatu aeris, & de vicinia siderum, & de commercio nubium caelestes sapere paraturas, ut & pluvias, quas jam sentiunt, repromittant. Laudunt primo, debinc remedia præcipiunt ad miraculum nova, sive contraria, postque desinunt lādere, & curasse creduntur.* His ergo præceptis divinationes, & oracula dæmonum refutato.

C A P U T XIII.

De altera Angelorum proprietate, id est flexibili voluntatis arbitrio.

S U M M A R I U M.

1. & 2. Præmittuntur notanda.
à num. 3. usque ad 10. Resolvuntur quæstio-

nes omnes, quæ circa amorem, & voluntatem Angelorum institui possunt.

1.
De flexibili
voluntatis
arbitrio An-
gelorum.

POLLENT spirituales substantiæ non solum percipiendi & intelligendi facultate, sed etiam amandi, & volendi: & hanc *voluntatem* communiter appellamus. Fertur hæc amore in bonum; atque, ut dictum est cap. ultimo lib. 4. in bonum in communi, & in perfectum ac summum cognitum omnimoda claritate in se ipso, trahitur necessitate, neque aliam habet libertatem nisi *lubentia*, eoquod tale bonum ei proponatur absque indifferentia iudicii. Sed circa objectum particulare, sive creatum sit & aliqua ex parte imperfectum, sive summum etiam & incommutabile cognitum *abstractivè*, non perspicuitate plenissima, habet cum mutabilitate iudicii veram propriamque libertatem indifferentiæ. Hanc sub omni gratia quantumvis vivida & efficaci in viatoribus hominibus permanere, adversus Jansenianos Catholica definit Ecclesia. In Angelis sanctis, piisque animabus, Deum videntibus facie ad faciem,

quemadmodum iudicii flexibilitas, ita arbitrii indifferentia minime reperitur. Licet tamen Beati in amore Dei, quem lumine gloriæ conspiciunt nullam habeant indifferentiam, in cæteris omnibus liberimi sunt; non tamen mereri possunt, saltem essentialè præmium, quia jam ad terminum pervenerunt: ut docet Magister Sentent. lib. iv. dist. 5. S. Thomas ibidem q. 2. art. 1. Bellarminus lib. v. de Grat. & lib. arbitrio cap. 14. aliique Theologi. Ea in beatis necessitas amandi Deum est essentialis & physica, quia Deum videntes omni claritate, non habent iudicium indifferens, quod requiritur ad essentialitatem libertatis indifferentiæ. Res in dæmonibus paulisper diversa est: Hi peccant ex necessitate duntaxat morali, cui absolute reluctari possent, si vellent; sed propter obstinationem nunquam usuri sunt liberæ potestatis arbitrio: quare vere peccant, sed poenam essentialem mereri non possunt, cum sint in termino, atque est in eis ad cumulū poenæ maligna ipsa voluntas.

Ha-

2.
De duplici
causa obli-
nationis da-
monum.

Habet autem hæc dæmonum obli-
natio duplicem causam. Prima est
quod non possunt habere auxilium gra-
tiæ; nam ut legitur in libro de Fide ad
Petrum: *De Angelis Deus hoc disposuit
& implevit, ut si quis eorum bonitatem
voluntatis perderet, nunquam eam divi-
no munere repararet*: altera causa est
acerbissima pœna gehennæ, & conside-
ratio felicitatis amissæ, unde oritur tri-
stitia, desperatio, & insanabilis animi
ægritudo sine ulla rerum meliorum ex-
pectatione. Quamobrem turpissime
aberrant Calviniani & Jansenistæ, tum
eamdem sine indifferentia libertatem
statuentes in patria sub lumine gloriæ,
& in via sub gratia Reparatoris: tum
etiam affirmantes necessitatem male
agendi in damnatis ejusdem generis ef-
se cum necessitate amandi Deum in bea-
tis; cum evidentissime constet in illis
moralem esse, ortamque à malignæ vo-
luntatis obstinatione; in his vero phy-
sicam & essentialem, quæ provenit ex
visione intuitiva summi boni, ad cujus
amorem quisquis videt ipsam Dei essen-
tiam naturaliter determinatus est, ut
docet S. Thomas P. 1. q. 60. art. 5. ad
quintum.

3.
Assertiones
de amore &
voluntate
Angelorum.

Solvuntur ex his quæstiones omnes,
quæ circa amorem & voluntatem An-
gelorum possunt institui. Ac principio
manifestum est primum actum amoris,
non indeliberatum illum, & à Deo, qui
in Angelis simul naturam condidit, &
largitus est gratiam, inspiratur, sed ab
eorum voluntate elicito, five eum,
quo merito permanentiæ, fultique ad-
jutorio *sine quo* adhæserunt Creatori,
fuisse actum amoris liberi, vera libertate,
quæ in omni statu tam sanæ, quam in-
firmæ naturæ ad meritum prærequiritur;
propterea quod non habuerunt Angeli
statim ac facti sunt plenitudinem beati-
tudinis, visionem Dei intuitivam, &
certissimam illam scientiam, per quam
indifferentia ac libertas à naturali *necef-
sitate* penitus tollitur. Liqueat præ-
terea, quod Angeli postquam majori ac-
cepta per Spiritum Sanctum abundantia
charitatis affectui sunt plenissimam illam
perfectissimamque scientiam, actum amo-
ris non quidem liberum, non indifferen-
tem, non meritum erga summum
bonum elicere valuerunt, sed necessa-
rium, & immunem duntaxat à *coactione*,
qui à ratione meriti omnino disjungi-
tur. Amorem vero, quo Deum super
omnia caste, & cum merito dilexerunt,
non fuisse plane naturalem, sed ex gra-
tia, cum ex nuper dictis consequitur,
tum ex propositione 1. cap. VII. Num

vere five Angelus, five homo nullius
concupiscentiæ raptus inflexione possit
absque gratia Deum super omnia dilige-
re amore nulla depravata cupiditate
permixto, litigiosa disputatio est sequen-
tibus libris tractanda. De actu autem
malæ voluntatis, quo angeli mali ab il-
luminatio initio accepta ut sapienter
beateque viverent, averfi sunt, neque
excellentiæ sapientis, beatæque vitæ
obtinuerunt, ambigendum non est, quin
efficienter prodierit à solo libero arbi-
trio, quo Deum deferentes justum judi-
cium experti sunt; ut docet Augusti-
nus de Corrept. & Grat. cap. x. & nos
commonstravimus 1. & 11. Propositione
cap. VIII.

4.
An Angelus
possit trans-
gredi legem
naturalem.

Posse quoque Angelum transgredi
naturalem legem, positis his principiis,
res ipsa loquitur. Etenim, cum nulla
creatura indeclinabiliter tendat in ali-
quod particulare bonum, sed tantum
naturaliter determinata sit ad bonum in
communi, & ad summum bonum clare
visum, quod sane totam rapit, trahit-
que ad se voluntatem; intellectus An-
gelorum nunquam fallitur circa verita-
tes universales sibi naturaliter plane
notas, sed circa hoc vel illud verum
habet veram plenamque indifferentiam
judicii; ideoque falli potest iudicio fal-
tem practico, & in peccatum delabi.
Quapropter cum intellectus Angelorum
sit tantummodo *in actu*, ut inquit, ad
veritates universales, & *in potentia* ad
hoc vel illud verum determinatum, est
revera *discursivus*; quamquam ut infer-
rat unam veritatem ex alia non eget
temporis intervallo, neque experitur
impeditionem & moram, cui subicitur
homo ob animi in corpore receptacu-
lum. Igitur quidquid aliqui asserunt
ad probandum non posse Angelos ex in-
advertentia & errore circa naturam legem
delinquere, quoniam rerum naturalium
clarissima in luce versantur, neque ali-
qua ratiocinatione proficiunt, est omni-
no falsum, mentitum, plenumque er-
roris. Verissimum tamen est hujusmo-
di inadvertentiam seu ignorationem non
esse invitam, & eam, qua, dum tor-
quet perversa cupiditas, non possumus
à libidinosis operibus temperare, nisi
gratia Christi vulnera nostra sanante:
hæc enim ignorantia non est natura in-
stitutæ rationalis creaturæ, sed pœna
damnata; ut de homine docet Augusti-
nus lib. 111. de lib. arb. cap. 18. & in 1.
Retract. cap. 9. Fuit ergo ante pecca-
tum in Angelis ignoratio & inadverten-
tia hoc tantum sensu, quod cum possent
facile animadvertere solum Deum esse
sum-

si & ipse *formaliter* essem lapis. Atque ita continere *formaliter* creaturas repugnat Deo, non repugnat illas undequaque cognoscere. Quod si eadem

esset ratio utriusque; Deus, quia nequit habere malitiam, non judicaret peccata; neque spiritualis corporalia videret, aut infinitus finita.

CAPUT VI.

Non prænoscere Deum futura libera naturalis ordinis in præfinitionibus & decretis prædeterminantibus.

SUMMARIUM

1. Declaratur status quæstionis.

2. 3. Duo præmittuntur scitu necessaria.

4. 5. 6. Author nec Thomistis, nec scientiæ mediæ defensoribus, Calvinis, aut Jansenii notam iniurii, nec aliâ censurâ perstringit.

7. 8. & seqq. Deus non prædeterminat actiones liberas naturales, adeoque ea non prævidet in efficaci suæ voluntatis præfinitione.

15. 16. 17. 18. 19. Probat, præfata assertioni Doctorem Anglicum non esse adversum.

20. & seqq. Solvuntur objectiones.

1.
Declaratur
status quæ-
stionis.

D. THOMÆ discipuli prædeterminationis physicæ assertores ac vindices strenuissimi illam in unaquaque causarum secundarum operatione necessariam esse defendunt. Ab ea pendere putant, ut cujusque generis effectus ad naturam pertranseant futurorum: talem esse ajunt conditionem causarum secundarum, ut nihil valeant peragere nisi inflexibili Dei præmotione: nullum indifferens posse solis viribus naturalibus in certum actum prodire; & tamen creaturarum dependentiam à Deo, earumque libertatem his limitibus contineri. Clamant ex adverso Societatis Jesu Theologi futura omnia talia esse independentem ab istiusmodi præfinitionibus: has primum à Bannes inductas ad implacabile Scholasticorum dissidium: veteribus Theologis fuisse incompetas: ad Jansenianorum & Calvinianorum dogmata accedere; præstantissimum Conditoris beneficium, arbitrii scilicet libertatem, evertere. Nos librata undequaque absque ullo partium studio veritate à multis annis medium iter arripuimus, quod calasse comperimus etiam veteres Instituti nostri Magistros. Ergo cum Thomistis efficaces promotiones propugnamus in operibus supernaturalibus status naturæ lapsæ, quæ efficiuntur ab hominum arbitrio victrice gratia suffulto; ab operibus naturalibus, & statu naturæ nullo vulnerata peccato, tanquam minus necessarias rejiciamus. Has quæstiones pertractant Theologi in dissertationibus de Voluntate ac Providentia Dei; & revera decreta & præfinitiones attinent ad voluntatem: quare agentes de scientia Dei eas tantummodo explicant, ut Divinæ cognitionis medium constituent. Verum visum est singulas, quandoquidem necesse

est, ut jam telam ordiamur, hoc eodem libro expedire.

Acturis ergo de Divina prædeterminatione in operibus naturalibus, præmittendum est neminem nostrum negare præmotionem Dei generalem, qua Deus humanam mentem incessanter illuminat rerum ideas exhibendo, & voluntatem inclinat generatim in bonum; ut fuscè demonstrant Philosophi. Quamobrem exoritur contentio de motine speciali, & ad certum actum spectante, quatenus mens in hujus veritatis judicio sistit, & voluntas flectitur in hujus boni deliberatam electionem. Nam generalem illam motionem nullus inficiabitur, qui animadvertat creaturam nihil habere à seipsa, neque mentem esse causam sui luminis, sui que natus & propensionis principium. Concursum quoque simultaneum, quo Deus causas à se productas regit conservatque unanimi sensu defendimus. Quare ad solam illam specialem ac prædeterminantem motionem præsens controversia devolvitur.

Secundo præmittendum est Physicam prædeterminationem nequaquam à nobis rejici ob vocabuli novitatem, ut in eam debacchatur Auctor libri, qui inscribitur: *Calvinismus bestiarum*. Quælibet enim hæresis novas quæstiones, & inusitata vocabula in Ecclesiam invexit, quibus & diligentius veritas custoditur, & falsitas exploditur manifestius. Ita Ephesina Synodus Virginem Mariam nominavit *Theotocoon*; & Florentina docet rectissime ad Symbolum Nicænum additam novam particulam, *Filioque*. Insigne quoque habemus exemplum in vocibus *Homousiu*, & *Transsubstantiationis*; quarum primam contra Arianos, alteram contra Novatores usus consecravit Ecclesiæ. Non est quidem hujus generis

2.
Notandum 1.

3.
Notandum 2.